

**1776** C. Iulio Chrysanto | <et P. Aelius Aug. lib. Eutyclus, praepositus velaris | castrensibus, fecit et sibi et suis posterisque eorum>.<sup>1</sup>

C. Iulio Chrysanto | aedituo collegi tabernaclariorum (*sic*) donatum sibi locum quem petit ar<sup>2</sup> Trophimo immune, quem iussit sa<sup>3</sup> pecunia | facere sibi et fies<sup>4</sup> suis | et coniugi.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588, in aedícula quadam (VI 5183 vidit Henzen). — 1) Verba uncis inclusa aetate posteriore incisa sunt. — 2) Intellege: ab, 3) sua, 4) filieis.*

**1777** ex domo Caesarum | libertor. et servor. | quod est collegi | tabernaclariorum.

*Romae rep. ut videtur ad viam Appiam, fortasse ibi ubi N. 117, nunc Bononiae (VI 9053 cf. Bormann arch. ep. Mitth. 45, 1890 p. 110; similis est titulus VI 9053 a).*

**1778** C. Iulius dñvi Aug. l. | Cozmus (*sic*) speclaria.<sup>1</sup> | Agrippianus, hic situs est. | C. Iulius Cosmi l. | Sabinus.

*Romae in eodem columbario in quo N. 1588 (VI 5202 vidit Henzen). — 1) Eiusdem Cosmi speculariarum est titulus eodem loco extans VI 5205.*

**1779** dis manib. | Ti. Claudius Epictetus praeposit[us] | speclariarior. domus Palatinar., | et Claudia Aphrosia coniunx eius, | Claudio Servando fil. fecerunt, vixit ann. XVII mens. III, | item lib. libertabusq. posterisq. [eorum]. | Quod si desierint, tum discentibus speclariaris [domus] | Palatinarum.<sup>1</sup>

*Romae (VI 8659 vidit Henzen, in parte aversa extat titulus sepulchralis aliorum hominum). — 1) Voluit dicere Epictetus, si aliquando nulli essent ex sua domo, tum sepulchrum pertinere debere ad discentes eius coetus cui ipse praepositus fuerat.*

**1780** d. m. | Falanx | vixit an. XX, | Araps<sup>1</sup> | Caesar. n. ser. | ex peculiaris | lampadaris | fratri b. m. | fecit.

*Romae (VI 8868 vidit Henzen). — 1) Idem Araps posuit coniugi titulum VI 8869.*

**1781** Amoenus | Messallinae | Ti. Claudi Caesaris | ab ornamentis. *Romae rep., est Pisauri (VI 8952 vidit Bormann).*

**1782** d. m. | T. Fl. Aug. lib. | Parthenopaei | Poppeani, eunuchi | ab ornamentis, | vix. ann. LXXV, | T. Fl. Nicephorus | lib. patrono sanctissimo et pientis. | benemerenti | fecit.

*Romae in museo Vaticano (VI 8954).*

**1783** d. m. | Chrysaori Aug. lib., adiutori | a commentaris ornamentorum, | filio piissimo, qui vixit ann. XXVII | m. VIII, fecerunt | Cl. Apelles et Cl. Primitiva parent. | et sibi. | In f. p. X, in ag. p. VIII.

*Romae (VI 8951 vidit Bormann).*

**1784** Iunoni<sup>1</sup> | Dorcadis | Iuliae Augustae | verna Caprensis<sup>2</sup> | ornatricis, | Lycastus conlibertus | rogator, coniugi | carissimae sibi.